

Beiheft

2

S 125

1290 (1289) März 5.

[67

Theodericus dictus de Broke befundet, daß Albertus dictus Blome 3 Eigen-
hörige an das Kloster Varlar freigelassen hat.

Nos Theodericus dictus de Broke notum facinus universis praesentia
visuris, quod Albertus dictus Blome et uxor eius Jutta et Brunstenus et
Elisabeth, eorum liberi et haeredes, in nostra praesentia constituti tres filios
Cunegundis de Testinchove in Lette, videlicet Rodulphum, Bertholdum et
Joannem fratres, quos idem Albertus, Gerewinus et Giselbertus fratres et
Lutgardis mater eorum coram iudice in Cossvelt manumiserant, coram nobis
manumiserunt eosdem ad usus ecclesiae Varlarensis, ab omni jure, quod se
habere in praedictis fratribus asserebant, penitus in perpetuum recedentes.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum
et actum anno Domini M^oCC^oLXXX nono, dominica, qua cantatur Oculi mei,
praesentibus Olrico de Heide, Joanne de Rodenschede, Henrico fratre eiusdem,
Walraven fratre comitis et fratre eiusdem Adulpho, Bertholdo de Speldorpe
et filio suo Lutberto, Henrico de Heidene, Udone iudice nec non aliis multis.
Scopia im Varlarer Kopiar S. 101/102.

23